



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 2. De obligationibus Judicum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

ex illo *Deut. 16. Iudices & Magistros constitues in omnibus portis tuis, &c. ut judicent populum justo iudicio, nec in alteram partem declinent.*

3. Requiritur in Iudice fortitudo & Iustitiæ zelus ut patet *Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates, ne forte extimescas vultum potentis & ponas scandalum in equitate tua.*

4. Requiritur Pietas & charitas ad proximum: ut nimirum causas habentes suscipiant & audiant, omnibus æquanimis sint, eorum lites promoveri oportune provideant, erga Viduas, Orphanos, pupillos & miseris personas se patres ostendant.

## Articulus Secundus.

### *De Obligationibus Iudicum.*

1. **O**bligantur ad causarum ac litium diligentem investigationem. 2. Ut in causis dijudicandis, nec amore nec odio, nec timore aut cupiditate moveantur, sed ab omni passione liberi solam iustitiæ veræ rectitudinem in Deo respiciant. 3. Ut sine ullo respectu humano tam in disquisitione quam

quam in iudicio, & ejus executione procedant. 4. Si Judex se insufficientem sentiat, quod adhibeat justos & doctos assessores, supplere enim tenetur quod sibi in hac re deesse sentit. 5. Quod Judex non teneatur ad formalitates, modos vel apices juris, & ad accessoria quævis civili jure introducta, in casibus in quibus animadverteret ex eorum observantia justitiam & veritatem periclitari. V. G. videt à procuratoribus, advocatis, vel partibus quæri inutiles citationes, dilationes, exceptiones, & alias formalitates sive cæremonias, ad dolos, fraudes & Machinationes injustas causæ inferendas, potest & debet illa negare, & sola substantia juris servata causam decidere. 6. Obligantur ne in Criminalibus, quem certo novit innocentem, per allegata falsa probatum noxium condemnet, ut patet Exod. 23. in fontem & justum non occides. 7. Non licet Judici in Civilibus ferre sententiam contra aliquem, à cujus parte certo & indubitate novit stare justitiam, etsi allegata & probata à parte contraria, contrarium evincant, quia iudicium injustum

ex

ex natura sua, nulla lege justificari potest.  
 8. Ubi post ventilatam debite secundum  
 jura causam, certa justitia deprehenditur,  
 non licet Judicibus declinare, ad opinio-  
 nes probabiles initio causæ propositas,  
 quia succedente certitudine rei, absorbetur  
 & tollitur sola probabilitas.

## Articulus Tertius.

### *De Peccatis Iudicum.*

1. **P**eccat Judex mortaliter & tenetur ad  
 restitutionem totius damni parti læsæ,  
 si falsam & injustam sententiam pronun-  
 ciet aut pronunciari permittat.

2. Peccat mortaliter & tenetur ad restitu-  
 tionem damni, si ex ignorantia crassa pro-  
 ferat sententiam injustam, quia cum sciat  
 aut scire debuerit se ignorantem, non de-  
 buit nec potuit licite se judiciis intro-  
 mittere.

3. Peccat mortaliter & tenetur ad restitu-  
 tionem cum injustam sententiam protulit,  
 ex eo quod discussionem aut examen debi-  
 tum causæ neglexit, sive fuerit negligentia  
 studii, sive inquisitionis & informationis  
 debitæ